


SE SUSCRIBE EN TOLEDO, LIBRERÍA DE FANDO.

SE PUBLICA TODOS LOS SÁBADOS.

Este Boletín está dedicado á la circulación de las comunicaciones oficiales del Arzobispado y demás que convenga al interés del Clero.



Los señores eclesiásticos que no le reciban á tiempo, harán la reclamación dentro del término de 20 días, pasados los cuales no será atendida.

BOLETIN ECLESIASTICO

DEL

ARZOBISPADO DE TOLEDO.

EDICTO.

Se hace saber á los opositores del Concurso celebrado en el año 1860, así Curas como nuevos y moralistas que se hallen con todos los requisitos, que por S. Em.^a el Cardenal Arzobispo, mi Señor, se ha mandado fijar este edicto, á fin de que en el término de quince días, contados desde la fecha exclusiva, comparezcan por sí ó por medio de sus Procuradores y encargados ante el infrascripto Secretario de Concursos á firmar á los Curatos que están vacantes para esta tercera y última provision, y son los siguientes:

VICARÍA GENERAL DE TOLEDO.

De término. Carpio.

De segundo ascenso. Arroba y anejos.—Fuentabrada de los Montes.

De primer ascenso. Santa Olalla.—Yuncillos.

De entrada. Alameda, Santa María.—Alamo (el).—Aldeaencabo.—Arcicollar y su anejo Camarenilla.—Colmenarejo.—Elechosa.—Fresnedillas.—Garbayuela.—Guadarrama.—Humanes de Madrid.—Malpica.—Maqueda.—Marjaliza.—Mazarambroz.—Navalagamella.—Navatrasierra.—Hontanar de los Montes.—Paredes de Escalona.—Retuerta y anejo.—Rielves.—Rozas de Puerto Real.—Tamurejo.—Villamanta.—Villamantilla y su anejo.—Villanueva de Perales.—Villanueva del Pardillo.—Villarta de los Montes.—Zarzalejo.

Rurales de primera clase. Albareal de Taje.—Navacerrada.—Peralejo.

Rurales de segunda clase. Arisgotas.—Bartres.—Navalquejigo.—Oreja.—Pelayos.—San Silvestre.—Yeles.

VICARÍA GENERAL DE ALCALÁ.

De segundo ascenso. Romancos.

De primer ascenso. Navas y cinco villas.—Tituleia.

De entrada. Alpedrete de la Sierra.—Archilla.—Anchuelo.—Azuqueca.—Berrueco.—Bocigano y anejos.—Braojos.—Cabanillas de la Sierra y anejos.—Cabrera (la).—Escariche.—Escopete.—Espinosa de Henares.—Fontanar.—Fuentes.—Gargantilla.—Galápagos.—Heras.—Humanes de Mobernando.—Hueva.—La Serna.—Malacuera.—Manzanares el Real y anejo.—Matarubias.—Mierla y anejo.—Mobernando, de presentacion del Conde de Humanes.—Monasterio y anejo.—Moralzarzal ó Fuentelmoral.—Olivar.—Olmeda de Cebolla.—Horcajo de la Sierra y anejos.—Horcajuelo de la Sierra.—Pajares.—Patones.—Peñalba.—Pinilla del Valle.—Pioz.—Pozo de Almoguera.—Pozo de Guadalajara.—Prádena del Rincon.—Pedrezuela.—Puebla de Valles.—Retiendas.—Rivatejada.—Robledillo de la Jara y anejo.—San Andrés del Rey.—Talamanca.—Tomellosa.—Vado y anejos.—Valdenoches.—Val de Nuño Fernandez.—Valdesáz.—Valdemancos.—Villavieja.—Viñuelas.—Yeles.

Rurales de primera clase. Chozas de la Sierra.—Manjiron.—Puebla de la Muger Muerta.—Taragudo.—Valdeaberuelo.—Valdesotos.

Rurales de segunda clase. Alalpardo.—Alcalá, Santiago y los Hueros.—Anguix.—Atazar.—Berzosa.—Cabida.—Comarca del Caño.—Campoalbillo.—Daganzo de abajo.—Fresno de Torote.—Paredes de Buitrago.—Piñecar.—San Mamés.—Serracines.—Serrada.—Razbona.—Valbuena.—Valverde.—Venturada.—Villalbilla.

VICARÍA DE MADRID.

Rural de segunda clase. Perales del Rio.

VICARÍA DE TALAVERA.

De término. Talavera, Santa María.

De segundo ascenso. Alía y anejos.—Torecilla y anejo.

De primer ascenso. Espinoso del Rey.—Talavera la Vieja y anejo.

De entrada. Anchuras.—Azutan.—Carrascalejo.—Cazalegas.—Gamonal.—Navatrasiera.—Piedraescrita y anejos.—Pepino.—Robledo del Mazo y anejo.—Villar del Pedroso.

Rural de primera clase. Mañosa.

Rurales de segunda clase. Casar de Talavera.—Illan de Vacas.

VICARÍA DE ALCARÁZ.

De entrada. Cañada del Provencio.—Casas de Lázaro.—Cotillas.—Molinicos.—Viveros.

Rural de primera clase. Santa Marta.

VICARÍA DE CIUDAD-REAL.

De entrada. Almoradiel (la Concepcion).—Fernan-Caballero.—Poblachuela.—Poblete.—Picon.

VICARÍA DE HUESCAR.

De segundo ascenso. Huescar, Santiago.

De primer ascenso. San Anton de los Amaciles.—Santas Mártires del Monte.

De entrada. Guardal, San Clemente.—Santo Cristo de la Toscana.

VICARÍA DE CAZORLA.

De entrada. Buesa.—Chilluevar.—Hinojares.—Molar de Cazorla.—Santo Tomé, de patronato del Duque de Montemar.

VICARÍA DEL PUENTE DEL ARZOBISPO.

De entrada. Alcolea de Tajo.

Se previene á los opositores que han de estar y pasar por lo que se determine sobre el arreglo y clasificacion de los Curatos, en cumplimiento del último Concordato. Asimismo se les encarga tomen con tiempo noticia de los Curatos, y se aseguren bien de sus circunstancias; en la inteligencia de que una vez recogidas las firmas no se

admitirá desistencia alguna, así como tampoco respecto á los opositores nuevos la no admision del Curato, que aun no firmado, S. Em.^a conceptuare será el propuesto más útil para el servicio de Dios y de la Iglesia, y conforme á su derecho ha de presentar á S. M. Toledo 13 de Octubre de 1861.—Lic. D. Antonio Tiburcio Acevedo, Secretario.

INFORME RAZONADO

ESCRITO POR EL SECRETARIO DE LA SÁGRADA CONGREGACION PARA LA CORRECCION DEL MISAL ROMANO, CON LAS RESOLUCIONES Y DECRETOS EXPEDIDOS.

(Continuacion.) (1)

DUBIUM XVIII.

In missa propria Immaculati Cordis Beatæ Mariæ Virginis à Sacra Rituum Congregatione approbata die 21 Julii 1855 ac inserenda in appendice Missalis Romani pro aliquibus locis, secreta ita se habet: *Majestati tuæ, Domine, Agnum immaculatum offerentes, quesumus ut corda nostra ignis ille divinus accendat, qui Cor Beatæ Mariæ Virginis ineffabiliter inflammavit. Inspectis rubricis secreta concludenda videtur: Per eundem Dominum, etc.*, eo quod initio orationis mentio fiat Filii Dei. Nihilominus quum in missa originali habeatur conclusio. *Per Dominum: quæritur.*

Quomodo sit prædicta oratio secreta concludenda.

DUBIUM XIX.

In missa propria Beati Pauli à Cruce paucis ab hinc annis approbata, ac similiter inserenda in appendice pro aliquibus locis graduale pro tempore paschali desumptum fuit ex capite 3 epistolæ ad Colossenses ita tamen ut lectioni vulgatæ presse non inhereat. In prædicta enim missa legitur: *Mortui estis, et vita vestra abscondita est cum Christo, etc.* Quum Christus apparuerit vita vestra et vos apparebitis, etc., quando vulgata in primo testimonio ita se habet *est abscondita: in altero autem testimonio tunc et vos apparebitis, etc.* Quæritur itaque:

An in nova missalis editione prædictum graduale sit reformandum juxta lectionem vulgatæ?

IV DECRETO DEL 25 SETIEMBRE 1860.

DECRETUM URBIS ET ORBIS.—MISSALE ROMANUM.—Quum duo Romæ nova missalia quamprimum debeant in lucem prodire alterum ex typographia S. Congregationis de Propaganda Fi-

(2) Véase el núm. 38 del presente año.

DE NECESSITATÆ VERÆ SCIENTIÆ

IN PROMOENDIS AD SACERDOTIUM

ORATIO

IN SOLEMNI STUDIORUM INAUGURATIONE

SEMINARII CONCILIARIS, ET CENTRALIS TOLETANI,

HABITA

A D. D. D. FRANCISCO SALESIO A CRESPO,

ALME ECCLESIE HISPANIARUM PRIMATIS

CANONICO PŒNITENTIARIO

AC THEOLOGIE MORALIS PROFESSORE IN PREDICTO SEMINARIO,

KALENDAS OCTOBRI ANNI DOM. MDCCCLXI.



EMMI. ET RMI. D. CARDIN. ARCHIEP. LICENTIA

TOLETI:

TYPIS SEVERIANI LOPEZ FANDO.

MDCCCLXI.

Ignorantia mater cunctorum errorum maxime in Sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi officium susceperunt..... Sciant igitur Sacerdotes Scripturas sacras, et canones, ut omne opus eorum in prædicatione, et doctrina consistat, atque ædificent cunctos tam fidei scientia, quam operum disciplina.
(CONC. TOLET. IV. CAN. 25.)

CUM superioribus annis hoc in perceleberrimo Lyceo ab egregiis dignitate, moribus, et doctrina magistris, tum de utilitate, ac præstantia educationis in conciliaribus Seminariis adipiscendæ, tum de litteris intimo charitatis nexu pietate jungendis, tum etiam de vera à falsa discernenda sapientia perpulchrè, nimis opportunè, elegantèrque sit tractatum; quid hodie, Dignissime Præses, ornatissimi Professores, juvenesque omnes Ministerii Sacerdotalis cupidi, quid à me spectatis audire? Fateor, libenter fateor me numquam apud vos verba faciendi munus esse obiturum, nisi debita Emmo. ac Rmo. nostro Archipræsuli, ab eoque prudentissimè stabilita Seminarii disciplina tam dulciter, quam fortiter ligarent, ut non possem non provinciam suscipere. Ex quo enim mihi hoc grave onus, et honor imposita fuerunt, aliquid nempe dicendi, quod in solemnibus studiorum Toletanorum inauguratione et præfati nostri admodum dignissimi Antistitis mandatis, ac desideriis faceret satis,

et amplitudini loci, ex parte saltem aliqua, respondere videretur, tot, tantaque mente agitare cœpi, ut quo tandem me verterem, nescirem.

Ex innumeris quæ meum affligebant ingenium, una præ cæteris maxime idea eminebat; finis scilicet, ad quem Seminarium ipsum, studiorum ratio, Ecclesiæ Sanctæ, nostrique amantissimi Archiepiscopi conatus, Professorum labores, atque juvenum bene ordinatæ aspirationes tendunt: Sacerdotium scilicet, hæc dignitas etiam spiritibus angelicis semper formidabilis; ad quam rectè suscipiendam, et conferendam, ejusque munera salubritèr obeunda, omnia unanimiter diriguntur. Quæ quidem munera cum exequi haud possint, nec recte suscipi sacerdotalis dignitas, absque vera scientia; neque adipisci queat scientia sine diligenti studio ac labore, totus meæ oratiunculæ scopus manet situs in necessitate veræ scientiæ in promovendis ad Sacerdotium, ut vocationem probent, ac tanti ministerii gravissima onera fideliter feliciterque adimpleant. ¶ Adsit mihi D. O. M. gratia illuminans, immaculatæ Virginis Mariæ auxilium potentissimum, atque S. Ildephonsi perillustris nostri Patroni tutela! ¶ Adsit etiam vestra benevolentia!

Satis vobis notum, satis compertum est, A. D., ministerium sacrum eo fuisse à Christo Domino institutum, ut non solum quæ ad ejus verum corpus in Almo Eucharistiæ sacramento, cultus nitorem, publicasque laudes et orationes spectant, pertractet; verum ea omnia etiam peragat, quæ ad ipsiusmet Jesu Christi mysticum attingunt corpus; scilicet fidelium instructionem, et per justitiæ, ac salutis semitas directionem. Itaque si Episcoporum est, juxta Pontificale Romanum, judicare, interpretari, consecrare, ordinare, offerre, baptizare, et confirmare, sacerdotem oportet benedicere, præesse, prædicare, et baptizare. Licèt enim primis, Episcopis

rempe, doctrinæ depositum ita sit mandatum, atque confissum, ut ipsi veri, ac legitimi in Ecclesia magistri et iudices ab omnibus debeant appellari, et agnosci; licet eis tuendæ fidei, docendi, prædicandique munus specialiter, ac jure proprio incumbat; licet ipsi greges sibi commissos per se pascere debeant, regere, et gubernare; tamen sacerdotibus eorum in ministerio coadjutoribus, subque ipsorum ordinatione, ac disciplina, docendi etiam et prædicandi onus adest, ut fides sarta tecta servetur, christianorumque omnium mores immutabilibus earum regulis aptè conformentur. Ad tot, tantaque fidelitèr, ac salubritèr implenda munera, quis non videt scientiam omnino esse necessariam? Numquid quæ mandata fuerunt à Domino rectè fidelibus servanda tradi poterunt, si ab Ecclesiæ ministris ignorentur? Numquid christianus grex ad veritatis pascua in rebus fidei, et morum appositè adducetur, atque à putidis, et infectis erroris fontibus sedulo arcebitur, si pastor nescit distinguere quæ proficua sunt, ac salubria, à noxiis et mortiferis? Numquid populis dignè ministranda erunt sacramenta, nisi eorum ministri omnia ad ipsamet spectantia apprimè calleant? Si Aaronitico fuit præceptum Sacerdotio ut scientiam haberet discernendi inter sanctum, et prophanum; Jesu Christi sacerdotio, ab illo figurato, hujusmodi præceptum non erit similiter, ac potius impositum? Labia evangelici, sacerdotis, custodire non tenebuntur scientiam, nec populus requiret, legem ex ore ejus? Tenentur quidèr: totis viribus scientiam custodire tenentur: ad eamque fidelitèr custodiendam, ipsam scientiam quærere, ipsam invenire tenentur quicumque ad sacerdotium vocantur.

Hujus tantæ necessitatis non ignari Ecclesiæ Præsules, et Rectores, ab ipsis Apostolicis temporibus scientiam, non solum in promovendis ad sacerdotii fastigium, ad Episcopatum scilicet, sed in

omnibus sacerdotio initiandis, in omnibus sacris ministris, maxime commendarunt, immo et exigerunt ut indispensabile requisitum ad sua tutò munera implenda. Divi Pauli doctrina, et præceptis, in suis ad Timotheum et Titum epistolis, optimè imbuti tum Rom. Pontifices Apostolorum Principis successores, ac Jesu Christi in terris Vicarii legitimi, tum Concilia œcumenica, et particularia, tum Patres, et Antistites sapientia, et sanctitate illustres, unanimiter exposcunt, atque præcipiunt Episcopos esse doctores, sacerdotesque omnes tali præditos scientia, ut potentes sint in doctrina sana, et eos qui contradicunt arguere, necnon populis salubritè ministrare sanctæ Ecclesiæ sacramenta. Innumera afferre possem in confirmationem hujus veritatis luculenta testimonia, quæ ne diutius immorem, prætermitto; cum aliundè nemo vestrum ignorare queat ita sufficientem semper scientiam fuisse in sacris ministris expetitam, ut ejus defectus impedimentum canonicum ad ordines suscipiendos, irregularitatem veram, et propriè dictam constituat.

Quæ, cum ita sint, hisce in nostris temporibus maximum robur accipiunt. Etenim quod olim prædictum erat solvendum ad finem sæculi Satanam, potestatemque accepturum, ut seducat gentes, ac hæreseon omnium quasi agmine facto civitatem Dei appugnet, atque subvertat; hac nostra miserrima ætate, in hoc sæculo tenebrioso luminum perperam appellato, hisce infaustis diebus adimpletum nemo non videt. Subintroierunt enim quidam homines, qui philosophorum nomine circumferuntur, quosque apertissimis verbis describit Apostolus, seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemii, parentibus non obedientes: homines inquam, corrupti mente, circa fidem reprobi, vaniloqui et seductores, sempèr discentes, et ad veritatis, quam abhorrent, scientiam numquam pervenientes; qui perfractis religiosæ ac incorruptæ vetustatis repagulis; qui

splendenti Evangelii lumine suos claudentes oculos, semelque arrepta, ne dicam libertate, sed omnimoda philosophandi licentia, eo dicacitatis et audaciæ proveci sunt, ut nil non rerum nostrarum criminantur, nil religiosi, nil sacri, quod ludos non faciant; nihil debitæ subjectionis, quod non irrideant; nihil denique auctoritatis, quod suis verbis, factis, et scriptis non parvipendant, et conculcent, hierarchiam etiam ecclesiasticam, et Summum Pontificatum. ¶ Proh dolor! Hi quidem perditissimi homines seipsos doctos, et illuminatos, cæterosque omnes ignaros ac stupidos vociferantes; veræ, invictæque sapientiæ, quæ à Deto procedit, ejusque timore nititur, infensissimi hostes, veritatis ac justitiæ ideas turpiter confundentes, et labefactantes; Rationalistæ, Pantheistæ, procacesque Socialistæ, novam scientiam, novum jus, moralitatis regulas novas, enixè inducere, enixè propagare conantur, ut Ecclesiam Dei funditus evertant. ¶ Incassum tamen! Adversus eam numquam portæ inferi prævalebunt. Suo capite Romano Pontifice intimo subjectionis, et charitatis nexu optimè juncti Antistites, sacerdotes catholici omnes, prælia Domini legitime bellabunt; hæreses, hæreticosque cunctos confundent, atque eorum sophismata in pulverem reducent; veritates fidei, et morum regulas suo clariori ac resplendenti lumine demonstrabunt, immo et societatis fundamenta roborabunt. Ast ¶ quomodo juvenes ad hanc formidabilem pugnam invincibilia arma suscipient? Quomodo viriliter in ea, et strenuè sese gerere poterunt? Scientiarum ecclesiasticarum semitas sectando: labore, ac studio ad eas sufficientè acquirendas suæ ad ministèrium vocationis inæquivocam afferendo probationem.

Et rectè quidè: omnes qui ad ministerium vocantur sacrum, ut pietate, ac virtutibus prælucere, ita zelo distingui adipiscendæ sublimioris scientiæ debent; cujus ingredi januam, cujus principia

noscere , cujus egregiam mirari pulchritudinem , cujus præstantissimas callere theses nequeunt , quin sese prius in nostræ vernaculæ , et Latii linguarum studio exerceant ; quin Dialecticæ regulas , Metaphisicæ quæstiones. Ethices præcepta discant ; quin Rectorices , Geographiæ , prophanæ historiæ , atque naturalium scientiarum , exactarum etiam , quasdam notiones adquirant. Omnes istæ Theologiæ cunctarum scientiarum reginæ , sacrisque canonibus Divino aflante Numine conditis , quam maximè ut ancillæ reverenter deserviant. Itaque adolescentuli litterarum , et Philosophiæ cursus peragentes , ne in vanum laboretis , omni cura , diligentia omni studeate ; Præceptorum vestrorum explicationes attentè audite ; consiliaque sedulò sectate , ut bene dispositi ad sacras suis temporibus sitis admissi scientias , vosque ad ecclesiasticum idoneos ministerium exhibeatis. Hac cum diligenti præparatione facilis vobis ad sacram Theologiam patebit aditus , facilis in Juris Canonici intelligentia erit vobis progressus.

Verùm , quid de sacra Theologia labia mea proferre poterunt , quod sit studiosæ juventuti proficuum ? Parum quidem : sed ne vestram omnino spectationem defraudem , dicam tyronibus maxime necessarias esse assiduitatem , ac constantiam in ejus percurrendo studio , ut fundamenta Religionis , sacre ipsius scientiæ loca , seu fontes , ejusdemque nobiliores , si ita loqui fas est , partes , dogmaticam scilicet , scholasticam , et moralem saltem sufficienter addiscant : ut Sacre Scripturæ verum sensum comprehendant , ut venerandam , legitimamque Traditionem agnoscant ; ut Patrum testimonia , et sententias admittant , appositè laudent , ac reveantur ; ut fidem contra versipelles hodiernos hæreticos strenuè defendant , erroresque evertant , et confundant ; ut Ecclesiæ Rectoribus debitam libenter præsentent subjectionem , et obedientiam , demùm ut omnibus

sacri ministerii muneribus fungi suo tempore mereantur ; eisdemque satisfaciant.

Cuncta hæc docet , cuncta complectitur sacra Theologia ; quæ si ut speculativa miranda considerat mysteria , atque de Deo Trino et uno , ejusque natura , essentia , perfectionibus et attributis ; de creatione , de Angelis , de protoparentum lapsu , ac peccati originalis transfusione , de ineffabili Verbi Divini incarnatione , de reparatione humani generis , de gratia et libero arbitrio , de prædestinatione , ac justificatione , de aliisque difficillimis quæstionibus agit præstantissimis , immaculatam , et incorruptam exponendo , et propugnando doctrinam ; ut practica de actibus humanis , de morum regulis , de præceptis Dei et Ecclesiæ , de virtutibus et vitiis , de sacramentis , de pœnis , censuris , et irregularitatibus , de contractibus etiam , et dominio miro ordine pertractat , singulorumque fidelium explicat obligationes , et officia . ¿ Quis non videt Sacræ Theologiæ præstantiam ? Quis non fatetur ejus sufficientem notitiam , saltem ipsius practicæ partis , seu moralis , in sacris ministris necessariam esse , undequaue indispensabilem ? Undenam fideles quæ credenda , quæ servanda sunt ad æternam felicitatem assequendam discent , nisi à ministris Ecclesiæ per studiorum curricula optimè dispositis edoceantur ? Hisce nostris temporibus , quando universa Religionis-mysteria impiii homines aggrediuntur ; quando revelatio , providentia , Deique existentia ipsa , irridentur , aut in dubium revocantur ; quando tenditur in Jesu Christi sacra explicata fronte ; quando de unitate veræ Religionis , de animarum immortalitate , de inferni reali existentia , de humanitatis , et charitatis officiis præstandis ab hominibus adversus hæterodoxos est invicto animo certandum ; ¿ negligi poterit à juvenibus ad sacrum ministerium vocatis Theologiæ dogmaticæ studium ? Hac nostrâ ætate , quando actionum moralitas

non secundum regulas , sed juxta sua propria deliramenta à quibusdam pseudomagistris definitur ; quando rapinæ , vastationes , homicidiaque virtutes appellantur ; quando insurrectiones adversus legitimas potestates impræscriptibilia populorum jura dicuntur ; & fas erit ignorare immutabilia Theologiæ moralis præcepta ? Minime gentium. Qui ad sacrum se ministerium promoveri cupiunt ignorare non debent , neque possunt , venerandas moralitatis regulas , quæ non tantum ad dirigendos homines ad æternam felicitatem deserviunt , sed ad societatis etiam civilis quietem , reipublicæ splendorem , populorumque felicitatem , et temporalem concordiam ita sunt necessariae , ut absque earundem observatione omnia miserrime corruant. Addiscite igitur , charissimi adolescentes , addiscite Sacram Theologiam , moralitatisque salubres , ac constantes regulas vestris sculpite cordibus , ut eas populis aliquando tradere fidelitèr possitis , et ipsorum beatitudinem æternam , ac temporalem vestris laboribus procurare. Sanctas legite Scripturas ; præclaros auctores , quorum opera in studiorum ratione assignantur , sine ulla hæsitatione sequimini ; Sanctorum Patrum scripta consulite , atque Angelici Doctoris mirabilem summam nocturna , diurnaque manu versate. Addiscite etiam sacros canones , qui ab Ecclesia vera Christi sponsa conditi , ipsius sunt munimentum et robur , ejusque formam , jurisdictionem , et hierarchiam perpulchrè demonstrant. In eorum jucundo studio invenitur quid ad Romanum Pontificem Ecclesiæ visibile caput , ac Jesuchristi Vicarium , quid ad S. R. E. Cardinales , quid ad Patriarchas , Primates , Archiepiscopos et Episcopos pertinet ; quid ad Canonicorum Capitula , quid ad Parochos , cæterosque sacerdotes , et ministros spectat ; omnibusque sua dari discitur. Interni , externique fori ecclesiastici partes in ipsomet Jure Canonico perspicuè , ac solertissimè discretæ agnoscuntur ; imperii , et sacerdotii concor-

dia exponitur, atque intima ovium cum pastoribus, et pastorum cum Supremo pastore unio patefacta videtur. Demum in eorum studio historiae, ac disciplinae aequè jucundo studio juncto, Ecclesiae institutio, propagatio, persecutiones, vicissitudines, victoriae, triumphus etiam, et splendor, atque Sancti Spiritus perennis, ac numquam defectura assistentia quasi in speculum nobis ob oculos apponuntur. His imbuti scientiis, juvenes charissimi, sanctos in sinu Ecclesiae ministros, forsitan et pastores agetis, et cum adversus externos pugnandum sit hostes, egregios pugiles firmo doctrinae clypeo protecturos gregem vobis commendandum.

Recogitate igitur, intimo animo recogitate, si propter quaestionum difficultatem, memoriae aut intellectus exiguitatem, in litteris, in Philosophia, in sacris scientiis desideratos non facitis progressus, patienter sustinete: ne statim animo decidatis; in diurna oratione humillimas elevate preces: non vobis deerit Deus, qui suis electis abundanter dat quando vult, et quomodo vult, et semper quod sufficit omnibus benigne largitur. Verum si propter damnam ignaviam, nimium studio tedium, aut absolutum intelligentiae defectum praedictarum scientiarum saltem sufficientes notitias non percipitis, à Seminario recedite; fugite cathedras, libros valedicite: non enim estis vocati ad ministerium ecclesiasticum. Cavete ne tamquam fures, et latrones in ovile intretis: qui vocantur per ostium ingredi tenentur; sacerdotesque scire Scripturas Sacras, et canones, ut omne opus eorum in praedicatione, et doctrina consistat, atque aedificent cunctos tam fidei scientia, quam operum disciplina. Denique si scientiarum sacrarum cupidi studio vacatis; si ad eas acquirendas animum appenditis Dei timore ducti; si studium oratione ac morum honestate jungitis; si sapientium magistrorum doctrinam retinentes suis laboribus respondetis, gaudete.

Non solum etenim vocationem vestram inæquivocè probabitur, non solum munera, licet gravissima, ecclesiastici ministerii fidelitèr, salubritèrque obire poteritis, sed etiam tenerrimum Emmi. ac Rmi. nostri Archipræsulis cor magno afficietis gaudio, Ecclesiæ, atque Hispaniæ Catholicæ veros vos filios exhibebitis, Toletanique hujus conciliaris S. Ildephonsi Seminarii decus, et coronam. ¶ Faxit Deus!

de, alterum ex typographia Josephi Salviucci, Sacrorum Rituum Congregationis secretarius inherens decreto generali super editione librorum liturgicorum diei 26 Aprilis 1834, sui muneris esse duxit omni vi eniti ut eadem plene concordent cum archetypis editionibus Clementis VIII ac Urbani VIII, nec non cum alia ad illas fidelissime exacta, typisque S. Congregationis de Propaganda Fide anno 1714 impressa, pro qua adornanda ipsa S. Rituum Congregatio diebus 23 Septembris 1706 et 18 Septembris 1714 duo tulit Urbis et Orbis decreta. Quo vero secretarius praedictus propositam metam attingeret viris non minus diligentibus quam rubricarum scientia praeditis in partem laboris adscitis, omnia illa, de quibus dubium aliquod exoriri potuit non modo cum allegatis, sed quoties necesse visum est etiam cum quatuor aliis optimae notae editionibus conferre curavit non multo post Urbanum VIII censis, sive Romae anno 1643 à Bernardino Tani et anno 1677 à typographia Reverendae Camerae Apostolicae, sive Venetiis, anno 1640 à Petro Ciera et anno 1734 à Francisco Boba. Confugit insuper ad decreta authentica Sacrorum Rituum Congregationis, atque ex iis tutissimam normam desumpsit ad plura, praesertim in rubricis emendanda vel resecaanda à typographis in recentioribus Missalis Romani editionibus immutata vel addita. Verum quum in hoc examine nonnulla sibi occurrissent gravioris momenti dubia, eadem discutienda ac dirimenda subiecit Congregationi Sacrarum Rituum particulari à SSmo. Domino Nostro Pio Papa IX hunc in finem delectae. Haec autem quum die 23 Septembris 1860 convenisset in aedes Emi. et Rmi. Domini Cardinali Constantini Pratrizi Sacrorum Rituum Congregationis praefecti, singulis mature perpensis, proposita dubia desinivit ut sequitur.

Dubium I. Certum est in oratione: «Nobis quoque peccatoribus» intra missae canonem nonnisi tria ista verba clara voce esse dicenda; idque aperte innuunt tum rubricae generales cap. XVI n. 1, tum ritus servandus in celebratione missae c. IX, n. 3, ubi ita praescribitur: Quum dicit (sacerdos) «Nobis quoque peccatoribus voce, aliquantulum elevat et prosequitur secreto: famulis tuis etc.» Sed quum accurata isthaec distinctio inter verba secreto, aut elata voce, dicenda desideretur in rubrica Ordinis Missae absolute praescribente: «Manu dextera percussit «sibi pectus elata parum voce dicens nobis quoque peccatoribus famulis tuis, etc.» Queritur an ad clariorem hanc postremam rubricam reddendam,

post verba: «Novis quoque peccatoribus, addi «possit intra parenthesim brevis haec adnotatio:» Et prosequitur secreto?

Ad. I. «Non expedire.»

Dubium II. Neque in rubricis generalibus, neque in ritu celebrandi missam neque in Ordine Missae dum statuitur ut in fine missae legatur evangelium Sancti Joannis: «In principio erat verbum» nulla indicatio occurrit, qua scire possit sacerdos in qua parte missalis evangelium illud reperitur: et istiusmodi silentium commune est quibuscumque Missalis Romani editionibus non exclusis archetypis Clementis VIII et Urbani VIII. Quum autem peropportuno videri possit id aliquo modo in ordine missae indicari, seu remittendo sacerdotem per simplicem citationem folii ad tertiam missam Nativitatis Domini, ubi praedictum evangelium habetur, sive evangelium ipsum apponendo per extensum in fine Ordinis Missae prout fieri solet in canone missae pontificalis, quaeritur an et quomodo allegatio praedicti evangelii apponi possit in missalibus proxime edendis?

Ad. II. *Nihil innovetur.*

Dubium III. Quum ab anno 1806 in persona Francisci II Austriae imperatoris cesaverit romanum imperium, non amplius hodie dicendae sunt orationes pro romanorum imperatore assignatae tum feria VI in Parasceve in missa Praesantificatorum, tum Sabbato Sancto in postrema parte praeconii paschalis, prout expresse declaravit Sacra Rituum Congregatio in Sarsinaten. 3 Augusti 1839, in Mechlinien, die 7 Decembris 1844 ad VI, in Maceraten, die 14 Junii 1844 ad 3. Queritur ergo. 1. An praedictae orationes expungendae sint in nobis Missalis Romani editionibus?

Ad. III. «Negative.»

Et quatenus negative. 2. An ad utramque orationem brevis apponi debeat rubrica, qua declaratur eas hodie esse omittendas?

Ad. 2. «Negative.»

Et quatenus negative. 3. An saltem istiusmodi adnotatio apponi debeat initio missalis post rubricas generales inter decreta Sacrorum Rituum Congregationis?

Ad. 3. Affirmative.

Dubium IV. Quotquot in lucem prodierunt post Urbanum VIII Missalis Romani editiones; recentioribus tantummodo exceptis rubricam missae de solemnitate Corporis Christi his verbis concipiunt: «Infra octavam dicitur haec eadem missa et non fit de aliquo Sancto nisi fuerit duplex oc-

«currens non autem translatum.» Rubricæ huic perfecte concordat parallela breviarii romani rubrica ante officium Corporis Christi, quæ ita se habet: «Infra octavam non sit de festo nisi fuerit duplex... nec sit de duplici translato.» Verum quum in recentioribus editionibus primæ rubricæ additæ privato arbitrio hæc verba fuerint «nisi sit primæ vel secundæ clasis,» factum hinc est ut quæ intra utramque rubricam aderat olim perfectissima consonantia, ob recens istiusmodi additamentum omnino cessaverit. Ceterum quum denegari non possit verba «nisi sit primæ vel secundæ clasis» coherere declarationi in nonnullis particularibus decretis à Sacra Rituum Congregatione factæ præsertim in «Ulyxbonem,» diei 30 Maii 1699, ad 2 hinc quæritur an à prædicta missalis rubrica expungenda sint verba recentius addita «nisi sint primæ vel secundæ clasis?»

Ad IV. «Negative eademque verba addantur in novis breviarii romani editionibus.»

Dubium V. In festo Purificationis Beatæ Mariæ Virginis ante missam legitur hæc rubrica: «Si hoc festum venerit in Dominica septuagesimæ, sexagesimæ et quinquagesimæ sit tantum benedictio et distributio candalarum et processio, et missa dicitur de Dominica, missa autem festi transferretur ad sequentem diem.» Quid nomine «sequentis diei» in hac rubrica foret intelligendum nullum potuit exoriri dubium donec dies tertia Februarii non nisi à festo simplici fuit occupada. Ast postquam pro multis diæcesibus prædictæ diei affigi cœpit festum duplex vel semiduplex tunc non inmerito dubitatum fuit utrum pro die sequenti intelligenda foret ipsa dies tertia Februarii, quamvis impedita, an potius prima dies post eam vacua à festo duplici vel semiduplici. Cui dubio Sacra Rituum Congregatio ut occurreret generale decretum edidit Urbis et Orbis die 20 Julii 1748 quo ita cavil: *Quando ejusmodi casus intervenerit officium Purificationis esse transferendum ad feriam secundam immediate sequentem quocumque festo etiam æqualis, non tamen altioris ritus in eam incidente. Et ita servandum mandavit quando festum Annuntiationis Beatæ Mariæ Virginis occurrat in dominica privilegiata. Quod si in hebdomada majori vel paschali, tunc Annuntiationis officium pari cum privilegio in feriam secundam post dominicam in Albis voluit transferri: Atque hoc decretum generalibus calendarii Romani Rubricis adjici præcepit.* Quum itaque hoc decretum juxta mentem Sacræ Congregationis adjici debeat rubricis generalibus quæritur an in prædicta Missalis Romani rubrica verba in se-

quentem diem commutandæ sint cum isce verbis: *in feriam secundam immediate sequentem quocumque festo etiam æqualis, non autem altioris ritus in eam incidente?*

Ad. V. *Affirmative.*

(Se continuará.)

ANUNCIO.

Se halla vacante la Tenencia ó Coadjutoria de la parroquia de Montiel, provincia de Ciudad-Real, partido judicial de Infantes, poblacion de 300 vecinos. El Sacerdote que solicite dicho cargo debe ser predicador, y disfrutará además la dotacion del Gobierno que á su clase corresponde, 3.000 reales poco más ó ménos que el Párroco le cederá de su renta y pié de altar, de suerte que puedo contar con una dotacion de 5.000 rs. aproximadamente y tambien el producto de Cuaresma. El Sacerdote adornado de las competentes licencias que quiera desempeñar dicho cargo, se dirigirá al Cura propio de la misma, D. José Maria de Cuenca.

Se halla vacante la Coadjutoria de la parroquia de Meco, pueblo distante de Alcalá de Henares poco más de una legua. Su dotacion 2.200 reales pagados por el Gobierno y uncs 600 de pié de altar. El Sacerdote que se encargue pueda desempeñar las cargas de una capellanía, que son bien pocas, y produce 1.100 rs. libres. Si es predicador puede contar con los sermones de Semana Santa y demás del año, que ascenderá su producto á 700 rs., y misa segura por lo ménos de 5 rs. El que quiera obtener dicho cargo se dirigirá al Párroco del referido pueblo.

Se halla vacante la Coadjutoria de la parroquia de la villa de Bustarviejo, poblacion de 300 vecinos, distante una legua de Miraflores de la Sierra y otra de Cabañillas de la Sierra, en la carretera de Búrgos. Su dotacion consiste en 2.200 rs. pagados del presupuesto eclesiástico, 1.000 que abona el pueblo si se encarga de decirles la misa de alba los dias festivos; el Párroco le cede todo el pié de altar íntegro, con obligacion de desempeñar las cargas ajenas al ministerio parroquial, que produce 2.000 rs. poco mas ó ménos, y la intencion en los dias libres. El Sacerdote adornado de las licencias necesarias que quiera desempeñar dicho cargo, se dirigirá al Párroco del expresado pueblo.

Editor, D. Severiano Lopez Fando.

TOLEDO:--1861.

IMPRESA DEL MISMO, ANCHA 31, Y NÚNCIO VII JO 13.